Peonien, oder Benignen Rosen sind fast wol bekandt. Die Wurtzel davon ist eine so köstlich/edle Artzney für die Weiber zu jhres Lebens verlängerung / vnnd auffenthalt / gleich wie die Bryonien Wurtzel für die Männer gehört/ daß sie nicht gnug kan gelobt werden / wann sie zu rechter zeit gesamblet würd/wo sie aber nicht zu rechter zeit gesamblet würdt/hat sie keinen eynigen rechten effect, welche jhr sonsten zugelegt werden / daß sie der fallenden Kranckheit wehre / die Mutter reinige/ Gelbsucht vertreibe/Blutgang stille ꝛc.

Alantwurtz ist das ware Elenium Dioscoridis, warmer / feuchter Natur: eine überauß fürtreffliche / gewisse Artzney

für die Engbrustigkeit / für die kalte Mägen/für den Stein/Blutspeyen/ vnnd andere Kranckheiten/ wann sie zu rechter zeit gegraben/vnnd eingebeist wie der Calmus, oder Ingber genossen würd.

Tormentil / so wir auch Birckwurtz nennen / weil sie allermeist inn Bircken Wälden gefunden wirdt / ist eine theure Wurtzel/ innerlich / vnnd eusserlich zugebrauchen/druckner complexion, zu allerley Flüssen/für anderen Gewächsen zuerwehlen / wann sie zu gebührlicher zeit gesamblet wird: wo nicht/vermag man nicht das darmit zu prestieren, was man wol solte. Vor ohngefehr einem Jahr haben wir etlich tausendt Menschen in einer grossen Stadt Teutsches Landes damit für der Pestilentz bewahret / etliche hecticos curiert, die rohte Ruhr gestillt / fliessenden Augen geholffen/Kröpff/vnd Feigwartzen vertrieben: Dannenhero vrtheilt sehr zierlich nach deß Haly Lehr der Frantzosen Plinius Monsieur Pierre de la Primaudaye en' academie Francoise: *Le Medicin, dit il, ignorant de Astronomie est comme aueugle qui tastonne la noye auecques son baston.*

Frag-

Fragst du ob vnser gemachtes Goldt auch dem natürlichen zuvergleichen? Freylich in allweg. Dann ob es schon ins Feuer geworffen wirdt / evaporirt es doch nicht/vnnd wird nicht weniger / sondern weich/rein/sauber/vnd glantzendt. Es verfaulet nicht/verrostet nicht / kan durch den Hammer nicht zerschlagen/zerspalten / oder zerbrochen werden/ sondern je mehr es geschlagē würd/je mehr es sich außdehnet/ vñ außbreitet. Es erquickt dz Gesicht/reiniget die Augen/stärcket die Nerven/erfreuet das Gemüht/vertreibt Melancoley/ vnnd schwachheit deß Hertzens/ fortificirt den Verstandt/stillet den Blutgang/vnd heylet die stinckende/verfaulte Wunden. Ebner massen ist vnser Silber weiß/klingent/klar/rein. Sein schaum heylet die Wunden / vnnd verzehret in denselben das wilde Fleisch/es stärcket die flüssige Glieder/vnd reiniget den Leib. Wird also gemacht. Erstlich graben wir das rechte lilium sylveste Dioscoridis, das ist / die Wurtzel von weisen Hornungs Blumen/wann im Mertzen Mars zu seinem Apogeo in Epicyclo kompt/vnnd mit deß Widers Horn auff

auffgeht. Darnach im Herbst gleich inn der Stund / wann Venus mit deß Scorpions Hertz auffgeht/ graben wir die Wurtzel von Wiesen zeitlosen/ thun die schwartze außwendige schelet hinweg/ vnd pülvern das übrig. In gleicher schwehre nemen wir weissen wol gewaschnen Weinstein / vnd Salpeter/ eines so viel als deß andern/ vnnd mischen alles durch einander. Von diesem Pulver drey Loth vff 4. oder 5. Pfund glüend Kupffer geworffen / gleich in der Stundt / wann Juppiter mit dem Adler / vnnd Mars mit deß Delphin Schwantz vntergeht / doch daß einen Tag zuvor eine conjunction Solis vnd Jovis gewesen seyen / verwandelt alles in recht/ natürlich/ gut Silber.

Also wann Venus mit Syrio, oder Mercurius mit Arcturo auffgeht / oder Mars mit der Jungfrau Gürtel/ oder Venus mit Algol vntergeht / ist gut verborgene Schätz zusuchen/ nach der lehr vnnd wise/ wie Paracelsus beschrieben; welcher/ weil er die influentz außgelassen / bey vns zwar in keinem verdacht ist/ sintemal jhme nur etliche/ vnd nicht alle geheimnussen der Natur geoffenbaret worden.

Item/wann ein anderer wil / daß der Leo Sophorum, Saleus, decorans aurum, seye aurum Philosophorum, id est, Sal Sapientiæ, Catholicon, primateriale, atq; Mercuriale, potabile, Philosophicè solvens, destruens, & potabile reddens aurum metallicum; ist alles recht / wann es geschicht im eingang der Sonnen inn die Wag/ da der 8. grad der Jungfrauen im Ascendenten, vnnd damit deß Löwen Schwantz Stern mit auffsteigt/ auch im hohen Hitziel sich sehē leßt der ander grad der Zwilling mit den hyadibus.

Ins gemein aber haben wir niemand jemals verachtet/ darumb/ daß ein anderer vns was zurahten geben soll/ er heiß Cornæus, oder Cornarus, Beutherꝰ, oder Bauhinus, Foxius, oder Goltzius, Vigelius, oder Stigelius, Monavius, oder Mornæus &c. wird nichts darauß. Vnd sind eben etliche/ so wider vns angezogen / oder auch über vns gesetzet wollen werden / vor der zeit vnsere Clientes, vnd Discipuli gewesen / vnter welchen wir ehren halber anziehen Macarium Ægyptium, Alphonsum Toftatum Hispanum, Picum Mirandulæ Comitem, Pagninum,

Theo-

Theologum ordinis prædicatorum latinè, ebraicè, Græcè, Chaldaicè, & Arabicè doctissimum, Hieronymum, Aleandrum Mottensem, Cardinalem Brunduſinum, Gislenium Busbequium, Franciſcum, Vergaram, Andream Guarnam Salernitanum, vnnd Caſparum Contarenum Oratorem, & Hiſtoricum.

Betreffent vnſer Collegium, ob es licitum, oder illicitum ſeye; iſt nicht fragens werth. Dann weil wir Bäpſt/Cardinäl / Keyſer / König / Biſchöff/Aebt/ Prælaten/Grafen / vnd Herren/theils in nſer Fraternitet gehabt / theils noch haben/theils aber ſich vnſeres Schutzs/ vnnd Schirms gebraucht: reſolvirt ſich die quæſtion für ſich ſelbſt: Dannenhero die ſelbſtgewachßne Juriſten jr vorurtheil einſtellen/vnnd niemand vnverdienter ſachen prægraviren ſolten. Verè Auguſtinus: Ignorantia judicis plerunq; eſt calamitas innocentis.

Item vnſer perfection anbelangent/ verſtehn die Ignoranten nicht / wie wirs meynen. Dann vnſer ruhm iſt mit dem Apoſtel

postel Paulo / das Zeugnuß vnsers Gewissens / welches in vnns eine solche frewd erwecks / daß wir allbereyt einen solchen vorgeschmack haben deß himlischen Paradeiß. Sonsten halten wir eben auch mit gedachtem Apostel Paulo nicht darfür / daß wir etwas wissen ohne allein Jesum Christum den gecreutzigten / ist also nun nichts verdamlichs an vnns / wie zun Römern geschrieben stehet / die wir in Christo Jesu sein / die nicht nach dem Fleisch wandeln / sondern nach dem Geist. Proinde is verè dives est, qui Deum habet propitium. Quid autem metuat, qui talem habet protectorem? num hominis? minus potest universorum hominum potestas adversus Deum, quam culex adversus Elephantem indicum, num mortem? ea piis est transitus ad æternam beatitudinem, num inferos? Sed confidenter loquitur Deo vir pius. Cur metuat Dæmones in pectore gerens eum quem tremunt Dæmones! Nam hominis pij mentem templum esse Dei non uno in loco prædicat scriptura verè ἀναντιῤῥητος. Summa: Ubicunq; pura mens est,

ibi

ibi Deus est: ubicunque Deus est, ibi paradysus est; ibi cælum est; ibi felicitas est, ubi felicitas est: ibi gaudium est verum, & alacritas sincera.

Andere ludicra, so wir bißweilen zu einer ergötzlichkeit anstellen / haben mehrertheils / jhren grund in sympathiis, & antipathiis rerum. Dann wie wunderbarlich dieselbige seyen / mag leichtlich auß einem Exempel abgenommen werden/als da in Oesterreich Zwilling geboren worden / qui obiectis Solis ad januas corporis lateribus feras aperiebant. Inest sane omnibus in universum rebus congenita inter se consortij proprietas, qua etiam citra visibilem contactum mutuo afficiuntur. Sed & omnia animalia, minefalia, & vegetabilia rationem specificæ, aut individualis constitutionis in generatione illorum cælitus aliqua imbuuntur virtute, aliis rebus adeo contraria, & interneciva, ut illarum operationes sistat, atque liget. Daher kompt es/daß der ein keine Katzen leyden kan / der ander kein Keß essen/der dritt kein Ey. Im Niderland ist ein Doctor / der keine frischen Spei-

Speisen/sondern nur gesaltzen Fleisch/vnd Fisch isset. Vor etlich Jahren ist ein Lecker im Landt herumb gezogen / welcher nichts dann Suppen / vnnd Brey gessen/ vnd von allem Wildprät ein abscheuen gehabt. Sechs Erbare Männer/wie sie jhres Standts vnd Aempter halber/ also waren sie auch jhren Naturen gantz vngleich/ vnd vnterscheiden / haben wir sehr wol gekandt / auch zum theil selbst mit jhnen gessen vnd getruncken. Der erste mochte keinen sauren Compost oder Kraut riechen/ geschweigen / daß er es hette essen sollen. Der ander aß kein Fleisch/oder etwas/daran Petersilgen Wurtzel gesotten / oder das Kraut zerschnitten/ vnd darüber gestreuet war. Gebratene Gänß waren dem dritten dergestalt entgegen / daß er schier nicht in ein Hauß kam/da ein Gantz am Spiß stecket/solte er denn beym Tisch / darauff sie vorgesetzt / bleiben. Dem vierdten geschwand für Ohnmacht / so jhm nur von gesotten Krebsen der Geruch vnter Augen gienge. Kein Keß aß der fünffte / vnd der sechst / wiewol er sonst den Wein sehr liebhett/tranck er doch keinen / so nur ein biß-

lein Brodt/wie ein halb Erbeiß inn einen grossen Becher voll gefallen ware. Diese obgenennte sechs / hette einsmals ein fürnehmer Mann zum Nachtessen beruffen/ ließ die Speise/vnnd die Gerichte darnach bereyten/darmit jmmerzu etwas / eines allein zu einem mal kām/vnd auffgesetzt würde/daß einem vnter jhnen mißfiele/ wie deß auch geschahe / das allezeit einer von den sechsen vom Tisch must auffstehn / biß ein anders darbracht/ vnd das weichen an seinen Nächsten gelanget. Dermassen war die Gasterey mit frölichkeit vnnd gelächter geendet/daß keiner dem andern sein Gebrechen verweisen möchte.

Dieses/vnnd dergleichen wann etliche reifflich betrachtet/hetten sie vielleicht zum theils jhre Federn wider vnns nicht zu sehr gespitzet/zum theils das vnzeitige schumpfieren / vnnd holhüpeln ersparet / sonderlich/da vns einer vnverschulter weiß gar zu Teuffeln/vnd bösen Geistern machen will. Dann es ist je offenbar/ daß noch heutiges Tags der gütige Gott vnd Vatter in mancherley weiß vnnd mittel das Menschliche Geschlecht lehret/ermahnet/vnnd heimsu-

chet.

chet. Vnd wiewol er der Schöpffer/Regierer / vnnd Handhaber aller ding/dessen gewalt niemand widerstehen mag / dessen Weißheit nichts verborgen ist / der alles sihet/von dem alles guts herfleust/vnd dem allein lob/ehr / vnnd danck zugehört / in einem Augenblick vns in allerding erkandtnuß einführen möchte/ so handelt er doch/ nach dem es einem jeden Menschen nutzlich ist / vnnd seiner hohen Mayestät gefällig / bald durch mittel / bald ohne mittel. Nullo modo autem Adam, Abraham, Isaac &c: literati fuerunt. Nam, ut beatus Antonius rectè dixit, qui integris utuntur sensibus, eruditione, quæ fit per literas, nõ indigent. Sensus ille dicebat non solum externos, sed mentem ipsam, ac memoriam, tùm rationẽ. Derowegẽ so hat Gott erstmals gegẽ den frommen lieben H. ohne Schrifft gehandelt / weil sie reines Gewissens inn allen dingen gewesen / daß an statt der Buchstaben sie den heiligen Geist gehabt. Vnnd gleicher weiß/als mit der Dinten die Papier Bletter/also waren jhre Hertzen vom Heiligen Geist geschrieben. Darumb dann Gott

weiter nicht allein Noe / Abraham ꝛc. sondern auch jhren nachkommen / dem Mose / Joseph / vnd andern nicht durch Buchstaben / vnd Schrifft / sondern durch sich selbst geredet / dieweil er jhre Hertzen rein befande. Nach dem aber alles Jüdische Volck in Laster gefallen / allda sind jhnen die Tafel / vnd Schrifft gegeben worden.

Vnnd gleicher massen ist es auch im neuen Testament hergangen: Dann Christus den Aposteln nichts geschriebens gegeben hat / sondern an statt der Schrifft jhnen versprochen den heiligen Geist zusenden / welcher sie inn alle warheit leiten solle. Quemadmodum Propheta Amos olim inter pecudum pascua divino fuit afflatus numine. Vnnd eygentlich so were diß die allerbeste / seeligste weiß zulernen / wo sie Gott dem Herren zu jederzeit außzutheilen gefällig were. Dieweil aber wir auch vnns in Sünden gröblich übersehen / vnnd vns Gott durch die vermahnungen / vnd warnungen / so in den Buchstaben begriffen / wil weisen / vnd gelehrt machen / hat er alles durch seine ohne mittel / vnnd mit mittel darzu beruffene Diener / dergleichen

chen vocation wir vns auch mit vnbefleck-
tem/vnverſehrtem conſcientz anmaſſen/
vffbehalten / vnnd ſo wol andere/als der
Propheten/Apoſteln / vnnd Evangeliſten
Schrifften erhalten/vnnd conſervieret,
damit ein jeder alles deß jenigen theilhafftig
gemacht würde / nach dem jhme ein Pfund
ſolle verliehen / vnnd weſſen Gott jhn inn
himliſcher / oder jrrdiſcher wiſſenſchafft
würdig halten würde / Sintemal er allein
der iſt/ſo Paulus pflantzt/vnnd Apollo be-
geuſt/welcher das gedeyen gibet: worinnen
weil wir nichts in abredt ſtehn / ſondern mit
Hertzen vnd Mund erkennen vnnd beken-
nen / ſind wir vffs wenigſte der zuver-
ſicht/es werden fürwitzige / ſchnelle Köpff
ſich ins künfftig gegen vns beſſerer beſchei-
denheit gebrauchen / vnnd als Chriſten ge-
bührt / jhr vnerträglichs calumnieren,
ſchänden/ſchmähen / vnnd übelnachreden
vnterlaſſen/vnd einſtellen.

Du aber/ Chriſtlicher / Sanfftmütti-
ger/würdiger Leſer/laſſe dich nichts jr: ma-
chen/ſondern erwarte getroſt/vnnd vnver-
zagt deiner erlöſung / damit du dermal eins
mögeſt vollkommen werden / vnnd GOtt

dem Allmächtigen inbrünstiglich darfür danck sagen/daß er sowol an den menschenkindern gethon/ vnd jhnen alles vnter jhre Füsse gegeben/daß sie herrschen mögen von einem ende der Welt biß zu dem andern.

Gott der Vatter vnsers lieben HErrn JEsu Christi/ein Gott der Warheit/ vnd Vatter alles trosts/vnd freuden/wölle sein angefangen werck volführen/ vnd gewaltiglich zum ende bringen/ zu seines Namens lob vnd ehr/ vnd aller glaubigen seligkeit/zum endlichen vrtheil vnd straff der stoltzen vñ vnglaubigen Abgötter des Sathans sampt seinen Engeln/Amen.

Datum zu Thunis den 21. Februarij/ Anno 1618.

Ad Mandatum glorioſæ
Fraternitatis proprium

Irenæus Agnostus C. W. ejusdem Fraternitatis per Germaniam indignus Notarius.

Ne

Ne aliquot pagellæ vacarent, adjuncta est DODECAS EPIGRAMMATUM ad Calend. Januarii Anni 1615. FRATRIBUS R.C. strenæ loco à F.G. Menapio transmissa.

I.

SEctari Frater se dicit dogmata linguâ
Lutheri, ejusdem dogmata mente negat.
Non quisquam melius Lutheri dogmata servat,
Si simulata sedet pectore religio.
Desine fallaci mendacia fingere linguâ,
Si potes, & fictâ non cole mente Deum.

II.

Res mira est: Roseus Frater Sathanæq;, Deoq;
Uno, eodemq; potest fundere corde preces.
An qua placatum Sathanam veneratur, eadem
Perfidus irritat religione Deum?

III.

Immemor horarum vivens, & fluxilis ævi,
Ante oculos summi nil nisi culpa Dei est.
Et tamen à cuncta se Frater labe remotum
Censet, ad interitum turba parata suum.
Væ tibi qui purum jactas sine crimine pectus,
Impurum verò simplice veste tegis.
Non ignota Deo tua sunt perjuria: cordis
Ille tui judex intima sensa videt.

IV.

Vita quid est hominum? nisi vallis plena dolorũ,
Anxietas animi, continuusq; labor.

Et brevis, & misera est, variis jactata procellis,
Fertur ut in medio parvula cymba freto.
Hac vos quis, Fratres, exsolvit lege, quod estis
Corpore mortali, sed sine morte tamen?
Ponere scit veteres coluber reparabilis annos,
Et novus, exuta pelle, resurgit humo.
Illius exemplo, quoties vos vultis, amictus.
Induitis veteri mole novos positâ?

V.

Mendacis concussa diu fundamina turbæ,
Indomito Veri turbine, & igne cadent.
Hinc fuge gens Sophiæ chara, hinc fuge gens pia,
Insanis ne te tristia fata premant. (mistam

VI.

Scilicet immodicis bullantes ignibus ollæ,
Effuso in cineres undiq; jure fluunt:
Sic insurgenti, Frater vesane, superbo
Impendet capiti dira ruina tuo.

VII.

Rettulit ingentes Tammas hoc nomine laudes,
Fratrum esset pressus quod licet invidiâ,
Nil tamen insultus horum curarit, & iras,
Sed Turcas dextra vindice contuderit.
Haud equidem invideo vobis mendacia vestra.
Virtutis comes est invidiæ rabies.

VIII.

Artis egens, & mētis inops sine pectore Frater
Mentitur populo turpia verba suo.
Non vir, sed vani potius dicatur imago,
Qui vulgus famâ, non ratione regit.

Futi-

IX.

Futilibus solida haud capitur sapientia nugis,
Nec pictis dapibus pellitur esuries.
At si scire nihil turpe est: furor impius ergo est,
Averso tenebras lumine malle sequi.
Forsitan hoc istis dandum esset, sed male amantes
In mala conjectos non numeranda necant,

X.

Nec quidquam stimulos in sana calce petisti
Demens, offenso qui pede solus abis.
Quapropter Chalybem in solidū torquere sagitas
Desiste: in proprium verteris arma caput.

XI.

Cum lupus, atq; agnus facili cum corde Leones
Cum miti vellent carpere gramen ove,
Tunc concors rerum facies me pace renata,
Vobis infestum conciliabit amor.

XII.

Ter tibi quotidie præsentes postulo furcas,
Qui scis te factis has meruisse preces.
Devoveo madidis tam stultum corpus arenis,
Frigida ut in ponto piscibus esca fores.
Insani nullâ mens impia pace quiescat,
Tabifico æternum mæsta furore fremat.
Si te supplicio Rhadamanti traxerit ira,
Non satis ad pœnas Tartarus unus erit.
Et quanquam nihil hîc violentius proficit ardor,
Nec motos animos verba cruenta levant:
Bella tamen tecum faciam, nec finiet iram
Mors mihi, sed gelidis manibus arma dabo.

Tunc quoq; cũ fuero vacuas dilapſus in auras,
Exanimis manes oderit umbra tuos.
Interea credam Superos rata vota daturos,
Speq; tuæ pœnæ perfide ſemper alar.

FINIS.

ψεύδ ος καταβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται

DECAS EPIGRAMMATUM ſtrenæ loco Fratribus R. C à F. G. MENAPIO ad Calend. Januarii Anni 1616. transmiſſa.

I.

EN ſacer ancipiti mirandus imagine Janus
Jam revelit lucem, qua novus annus init.
Quid igitur, Fratres, vobis pro munere mittam?
Pauca dabo: ut præſtem non mihi plura licet.

II.

Nunc Rhodus, & Memphis taceant, nec ſplendi-
Quod Mauſolæum Caria fecit opus. (da jactet
Omnia nam Roſei Fratris miracula vincit
Fama Magi magni, ſemideiq; Viri.

III.

Æternæ Veterum Famæ monumenta dicata,
Poſteritas poſitas ſuſpicit & ſtatuas.
Deſine mirari Lector: Germania Fratres
Profert queis Veterum Fama facit ſtatuas.

IV.

Deſine Roma tuos toties jactare Quirites,
Major Tent onico cardine ſurgit honos.

Eſt

Est Frater Roseus, si verum est, maximus Heros,
Martis, & Artis honor, Martis, & Artis amor
Justitiæ fulcrum, Charitum decus, orbis ocellus,
Et Pater in cœlis, Rex q3 Soli, at q3 Sali.
O stolidos homines de se qui talia jactant,
Et qui vera putat stultior esse potest.

V.

Divitiis tantum Plutus, Mars ensifer armis,
Artibus ingenuis doctus Apollo micat.
At Frater Roseus divini nominis heres,
Non sine laude soli, non sine laude poli,
Si verum est vulgi fallax quod fabula narrat,
Divitiis pariter, Marteq3, & arte valet.
Nonne ergo est illis potior? quoniam tria præstat,
Quæ simul hi terni non potuere Viri.

VI.

Discere quem juvat hîc Rosei quis culminis au-
Extiterit, lecto hoc carmine certus erit. (thor
Scilicet attonitus mendaci impostor ab igne
Stultitiæ, hunc partum protulit ex cerebro.

VII.

Non pardus dignit leporem, vulturve columbã.
Ordinis est vestri Sathanas Pater: Ergo doletis.
Ad Patris exemplum sese componere natos?

VIII.

Cerberus, & Furiæ, quibus ardens utitur Orcus,
Cum Plutone suo Persephonea Dea.
Si proprio vellent, quod abominor, orbe relicto,
Hoc nostro forsan quærere in orbe larem:
Præsidium, Fratres, vestro commune locarent
Corpore, & hoc cunctis jam foret una domus.

IX.

Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
Hoc ego devoveo teq;, tuosq; modo
Terra tib fruges, amnis tibi deneget undas,
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatos Spiritus artus
Deserat, & longa torqueat ante mora.
Id precor, id precibus cupio deducere cœlo,
Rex regum votis annue summe meis.

X.

Flos modo vernalis languet succisus aratro,
Rivulus ex antro de rupe fontis abit.
Imbre tumet gravido, sed jam vaga bulla residit,
Postquam conspicitur, mox fugit, atq; perit.
Massa vitri tenuis leviter confringitur, artus
Somnus habet, benè vix commeminisse potes.
Umbra velut speculo levis evanescit imago,
Avolat in ventos missus ab ore sonus.
His citius cecidit Frater, licet omnia fluxa,
Flos, aqua, bulla, vitrū, Somnus, imago, Sonus.

FINIS.

τὴν δόλιον ἄνδρα φεῦγε πᾶρ ὅλον τὸν βιὸν.

DECAS EPIGRAMMATUM
à F. G. Menapio strenæ loco ad Calend, Januarii Anno 1617. Fratribus R. C. transmissa.

Avi-

EPIGRAMMATA.

I.

Avibus secundis vade Charteum munus,
Exile quanquam te brevis velit Vates.
Nam si modò Placere Fratribus possis,
Nescire nil qui se, quod ipse non credo,
Dicunt. Ibera jactet aureum flumen
Terra; suis odoribus superbus sit
Arabs: tamen non nostra vicerint dona.

II.

Nocte sic premitis tenebricosa,
Vos qui tot mala contulistis orbi,
Non parvo studio, labore curâ?
Non minore fidelitate, curâ,
Si vobis tenuis Poeta versus
Hos pro munere pessimo rependat,
Aurum scilicet ære mutat ille.
At quid tandem aliud Deis vel ipsis
Gratus sed tenuis referre Vates
Possit, quam numeros suos, modosq;.

III.

Contemptrix hominum, ac superûm propago,
En stultâ sine patre sati tellure Gigantes,
Carpentes falsò magnorum facta Deorum,
Montibus accumulant montes, ipsumq; minantur
Cœlicolûm regem superâ detrudere ab arce.
Sed malè væsani cedent sine pectore nixus.

IV.

Vos solos sapere eruditionem
Omnem, & omnia possidere solos,
Quis curam neget esse vos Deorum?

At vos fallere credulos, & omnes
Conspurcare gradus scientiarum,
Quis non vos potius putabit esse
Et turbam insipientem, & impolitam,
Ossores stupidosq; plumbeosq;,
Et monstra, & cerebri Cyclopas atri,
Secli incommoda, & omnium bonorum?

V.

Ecce tibi Fratres læta ditione potentes,
Auro beatos, inclytosq; viribus.
Qui benè cognoscunt morbos, artemq; medendi,
Sortis boni eventura fata aruspices.
Nec tamen hæc jactant. nā sunt antiqua, sed inde
Lætantur, & secum triumphant serio
Æternos illis dederit quod Iuppiter annos,
Quod unicum sint seculi miraculum
Sed mirum: patriâ mendicant munera pulsi,
Nullaq; percutiente moriuntur manu,
Et dum perspiciunt fictâ sub imagine cœlum,
Fati sui non præmonentur symbolis: (ther,
Monstra ferunt. fateor, non mendax tellus & æ-
Miranda vastus monstra pontus continet:
At quid quæso potest Fratres monstrosius esse
Quam omne, & nihil simul esse nugivenduli?

VI.

Effigies dicunt quondam fabricasse Silenum,
Forma quibus puræ simplicitatis erat:
Pectore suc clauso misteria magna latebant,
Qualia vix Samius noverat ille senex.
Fallor ego. ut vidit, quo semper vectus, Apellum,
Veri antis culpam vos meruere pati,

EPIGRAMMATA.

Dum oblitus certe, quam cœpit condere, formæ,
Vos similes fecit, quo vehebatur, æquo?

VII.

Cum Roseos Fratres rerum Natura videret,
Et caritura suâ scribta, vel acta fide:
Dixerat, Aut non sum, quæ sum, aut Natura secunda est,
Aut impostores decipiunt miseros,
Concutiuntq; suis mortales Dæmonis astu
Præstigiis. Verum posterius fuerat.

VIII.

Discipulus major num præceptore? quid hæres?
Insensus vero Sathanas se vincere posse
Desperat verum: mendacis facti o Gentis
Prodit, & artificem tentat superare Magistrũ?

IX.

Floribus idem odor est Veneris, ros educat idem,
Eadem juventa, formæ par, idem frutex,
Atq; eadem tellus succo nutricat eodem,
Fovent ur auris iisdem, eodem sydere.
Sic eadem Fratres pascunt menacia, qui se
Roseæ Crucis mendaciter socios vocant.
Est Rosa flos vernans, atq; accepti ſs. mus, & quo
Nec spirat alter, aut renidet blandius:
Sed turpis Fratrum ventosæ fabula linguæ
Olentior foriis, & omni stercore est.

X.

Audivit olim censor ille Romanus,
Ludos jocosæ quando noveras Floræ,
Cur in theatrum Cato severe venisti?
An ideo tantum veneras ut exires?

At jure nunc Fraternitas stolida vestra
Audiat, An ideo tantum ut exeat venit
Confusa, vertens terga Risui nostro?

FINIS.

Ψευδόμυος ἀδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον.
Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος.

DODECAS EPIGRAMMATUM ad Calend. Januarii Anni 1618.

à F. G. Menapio strenæ loco Fratribus R. C. transmissa.

I.

PRo te qui paucos per tempora pauca libellos
Scripsi nunc ipsum te tibi Frater habe.
Tu qua fronte novos partus susceperis illos
Non scio, sed scio quod secla futura scient.

II.

Nullo fateri vera te cum tempore,
Nullo fateri vera cum dico loco,
Quod scribseris mendacia, ratus mihi es;
Et me tibi parem esse vis, impostorum.
Scribo ergo jam mendacium: Mendacia
Non vestra sunt mendacia, sed oracula.

III.

Luna velut claro collustrans lumine terras
Frustra allatrantes despicit alta canes:
Sic veterum libros vos allatratis, & inde
Index stultitiæ spernitur ipse suæ.

4. Scili-

IV.

Scilicet incudem insanit qui frangere duri
Conetur ictu mallei,
Et non insanit veterum qui perdere tentat
Stultissimus Prudentiam?

V.

Ignavus cœlum fædo qui conspuit ore,
Non cœlum, immo suos conspuit ipse sinus.
Non aliter veterum stolidus contemptor, in illos
Tot, quot verba jacit, mox sibi probra nomit.

VI.

Quod duro lima est ferro, meßig, flagellum,
Auro quod ignis est rudi;
Fallor, id est vobis Crux aspera, ut inde reportet
Vexatio silentium?

VII.

Incauto quicunq, Rosas collegerit ungue,
Non unquam illæso legerit ungue Rosas:
Hoc fugias, quicunq, sapis, vel nomine, Fratres;
Qui dant sub blandis spicula sæva Rosis.

VIII.

Stercora quod porcis, asinis quod carduus, hirco
Quod Salices, Roseis hoc Fratribus improbus
Et dolus, & vanæ turpis fallacia mentis. (error,

IX.

Aurea doctiloquo vates non unicus ore
Vellera phryxeæ commemoravit ovis.
Heredes scelerum Medeæ num estis, & artis,
Pro quibus est toties esse coacta nocens?

X.

Magna viri magni vulgò hæc sententia fertur:
Dimidium vitæ fermè dormitur: in illo
Æquales spatio sapiens, & stultus habentur.
Ergone consimiles fatuis vos estis, & omnes
Dimidio vitæ nec hilum differtis ab istis?

XI.

Cum tua non uno Frater perverse feratur
Nomine stultitia, & totas præconia vires
In tua cum populis laxet: quis te putet esse
Non clarũ, & vivum tristis post busta sepulchri.
Non moritur, quicunq; sui monumenta reliquit,
Quæ quoniam de te jam millia multa supersunt,
Illud habes, quo te lemurum soleris in æde.

XII.

Postquam de Roseâ Cruce totum onera verat or-
Mendaci Frater garrulitate sua, (bem
Nunc restat, dixit, repetã stygij antra Draconis,
Mox terram linquens tartara nigra petit.

FINIS.

Ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην,
Ὁ δὲ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.

DODECAS EPIGRAMMA-
tum quam Florentino de Valentia
loco salutis mittit F. G. Me-
napius.

1. Si

EPIGRAMMATA.

I.

SI te forte gravis, vigilq; cura,
Vel multæ nimis occupationes,
Aut trux sollicitudo vexat ægrum,
Et magnum opprobrium Viris egestas
Florentine premit: molestiarum
Pharmacum tibi noster hic Phaleucus,
En Fratres oculis tuis videndos,
Et vivos hominum videre vultus
Præbet, quo recreare cor, malasq;
Possis ex animo fugare curas.
Tu dextra capias velim benigna,
Ac vultu placido legas, & æqui
Hæc munuscula consulas, boniq;.
Verùm tu qui oculos Amice Lector
Huc vertis, mihi quæso monstra cerne.
Sic olim Polyphemus ille Cyclops
Ethnæis habitavit in cavernis,
Et centum similes ei Gigantes.

II.

Si domum fuerit tibi negatum
Aspexisse stygis, vel hujus orbes,
Hinc absunt quoniam, proculq; distant:
Invisisse velis libros malignos,
Quos Fratres Roseæ Crucis propinant,
Non nunquam similes sibi per ævum,
Illis dum superest, manetq; vita.
Notabis modò vermium susurrum,
Horrorem cyniphum, barathri opaci
Pallentes Lemures, Canes, Dracones,

Nigrantes Furias, Lupos, Leones,
Monstrosamq; plagam lacus Charontis.

III.

Nescio quē Fratrem describat Molther amicus,
At mihi sub noctem si talis imago veniret
Obvia, dispeream, nisi mox ego mortuus essem.

IV.

Est Paracelsus iners deceptor: fictus Agrippa
Illusor: revocat solis euntis equos
Trithemius: sed quis deducit cornua Lunæ?
Quis facit ad fontem ut versa recurrat aqua?
Nequitiæ omnimodæ, fraudes priscæq;, novæq;,
Quorum insunt aliis singula, cuncta tibi.

V.

Dicite subsidium cui porrexistis amicum,
Cui succurristis non remorante manu?
Non sua, sed fratrum sincero corde procurat
Commoda, qui puro quærit amore Deum.
At vester quis sit, nobis Sacra pagina monstrat
Frater, si vos non dejicit invidia.

VI.

Est auri Frater congesto pondere dives,
Pœsidet & pinguis ugera mille soli.
Et tamen hospitibus si danda pecunia desit,
Præbet is in celerem terga videnda fugam.

VII.

Se fratrem Veri mentitus, dogmata Frater
Omnia de vero lumine falsa refert.
Disce prius quid sit verum cognoscere lumen.
Nonnu et obscura nocte serena dies.

VIII.

Quem Sathanas laqueo incurnũ, vinctũq; cate-
Sic habet, ut Verum non queat adspicere, (nis
Cur aliis Verum Frater monstrare laborat?
Cur petit impietas quod lubet ut liceat?
Niteris incassum tenebras offundere Vero
Dæmon, nosq; tuis illaqueare plagis.

IX.

Frater Roseæ Crucis per omnia est malus,
Seu rure degat, seu per urbes victitet.
Quin ipse Dæmon quæstus est se vincier
Ab his dolis, mendaciis, & fraudibus.

X.

Te nunquam vidi, Frater, tamen, horreo, cum te
Saltem, tuosq; nominare inaudio.
Dii faciant cũ rura petam Wetzlarica, nunquã
Mihi videre tale spectrum contigat.

XI.

Ignotus Frater per terras currit, & urbes,
Qui de Rosâ, atq; Cruce sibi nomen facit.
Ocior & Zephyris volat, & pernicior Euris,
Suisq; Tigres æquat Indas cursibus.
Scribere qui vanum me censet inania Vatem,
Visurus urbem veniat is Wetzlariam.

XII.

En vera dicam, nec loquar mendacia,
Nam falsa Vates quis canentes audiat?
Aut stellio effascinator aut Magus,
Aut ipse Dæmon Frater à Rosea Cruce.

FINIS.

DECAS EPIGRAMMATUM

Quam

VITO DEL CAPO DE LA BONA

Speranza salutis loco mittit

F. G. MENAPIUS.

I.

Vitæ Crucis Roseæ Frater, quam nulla gubernat
Te ratio, recti quam nihil ingenii?
A vita forsan jactas te nomen habere,
Sed vita, atq; annis non diuturnus eris,
Forsitan ex normis Paracelsi cum Paramiro
Vives? non omni hinc tutus ab interitu es.
Ut tamen agnoscas Socios, quos diligis: ecce,
Dum legis hos versus, tu quoq; lectus eris.

II.

Rosteæ Crucis professio, & scientia est
Fratris. Valet nulla medendi indagine,
In Jure nil est, in sacris nil litteris,
Decreta Grammatices nihil novit magis,
Trimus velut puer, propè eloquentiæ
Ciceronianæ accedit, ut remotior
Non esse possit, abditas rerum vices,
Numeros, modos, mores, figuras negligit,
Et neq; Geometer neq; Dialecticus
Est, tantum abest ut alta cernat sidera.
Jam quid bonæ vel attigit Poëseos?
Quid est relatu dignum in historiis novis,
Et veteribus, simulq; miscellaneis
In lucubrationibus quod didicerit?

Linguæ

EPIGRAMMATA.

Linguæ Paleſtinæ, Latinæ, & atticæ
Ignarus eſt, ſermone plebeio utitur.
Quid ergo ſcit Roſeæ Crucis Frater? Nihil.
Quam quod crepat creata cuncta eſſe ex tribus,
Sale, Alazothe, fætidoq; Sulphure.

III.

Quod nunc illuſtrata ſuis Germania rebus
Naſcitur, eſt veſtri non leve Martis opus?
Si quis αὐτόδος erit, varias qui digerat artes,
Tunc credam Fratres compoſuiſſe libros.

IV.

Oſtendat ſua cur ſtupidæ magnalia turbæ
Cuiq; malo Frater pollicitatus opem?
Cur ſeſe fatuis potiùs commendat, & artem
Non doctis latitans exhibet ille Viris?
Scilicet indignis parit ignorantia nomen.
Erronum nævos non imitabor Ego.

V.

Quo tendis male ſane, vel quid erras
Longa ambage diu, moraſq; perdis?
Cur te nunc Libyæ calentis ardor
Exurit ſolidum, feracis agri
Nunc pingues Aſiæ, truceſve perſæ,
Nec non Æthyopes, nigriq; Mauri
Detinent. Batavi, meiq; Flandri,
Hiſpani, Veneti, Scoti, Britanni,
Germanus quoq;. frigidusq; Moſcus,
Et junctim Hungaris Poloni?
Forte quod careas ſolo paterno,
Ut ſolent Cigani hinc & inde campis
Incertis iter ingredi vagantes?

VI.

Tu Frater, nullâ qui certâ sede moraris,
Quæ fama de te prædicat,
Si Verum est: inter sacras senuisse Camænas,
Ac profuisse moribus
Debueras. Nunc cur pubes Germana Magi-
Incognitis obtemperet? (stris

VII.

Stulte tuos flet natales Germania Frater
Natalibus misera tuis.
Quis verò, & qualis sis, scribta loquūtur abundè,
Quæ publicastis hactenus.
De vita si quis rogitet, Wetzlaria dicet,
Necromanticum te pessimum.

VIII.

Formosæ, læpidæq; Rosæ non mollius extat
Nomen, purpureis dum placet illa comis.
At tibi non Rosidus color est, tamen ipse vocaris
Putidus indignè nomine tam lepido.
Εσσε κατ' ἀτιφρασιν cognomen & istud adeptum
(Sicut & Enmenides) te quoq; crediderim.

IX.

Stultior, an peior, nostra haud finire potestas:
In te nam certant hæc malefida simul.
Non te pro meritis possem describere Frater,
Nam superat Musam; æstima vita meam.
Purgarunt Magni magno, multoq; labore,
Barbarico fuerant quæ vitiata luto.
Vos stolidis vestris magis pervertitis Urbes,
Et conspurcatis quidquid in Orbe bonum est.

EPIGRAMMATA.

X.

In terras prono rueret ne pondere cœlum,
Suppoſuit cœlo brachia magnus Atlas.
Ne rueeret Sophiæ arx rabioſâ fraude ſubacta eſt
Oppoſitis Scribtis ſtulta Chimæra meis.

FINIS.

AD GALENISTAS VEROS MEDICOS.

Van quaeden nam-gelyck de Ram,
Iſt Theophraſt- met ſynen blaſt.
Hy iſt een ſoot groot, gelyct-blyckt
int ſynen boecken.
Want den Alcomiſt- ſeer vel verquiſt
aen goet en tyt
Ghelt, goet, en ſchat- heeft hy gehat
maer iſt nu quyt
Hy vint int vier-gans niet een ſier
dan ſyn bederven,
Ind' eynde dan- moet hy arm Man
int gaſthuys ſterven
Maer ghy doet recht- ſchlecht,
Met goet avis- gewis,
En groot verſtand- erkant.
That ghy Galen- twelck is rein- alleen
Onderteecken.

APPENDIX.

I.

Conſulæ quæſo boni ductos è paupere verſus
Venâ, quos parvos mitto: & ſua gratia parvo eſt

II.

Quo te præcipuè commendem nomine Frater?
Stultus es, & tamen es sic Sophus, ut Magus es.

III

Quæsivi nomen quod possem fingere, par quod
Occultis Fratum frandibus esse queat.
Responsum est paucis: Dic saltem Frater, & illud
Omnis ne quitiæ nomen habes proprium.

IV.

Si populi legar ore Crucis bonæ Frater honoris.
Accipies partem, læta trophæa Ducis
Sin, sed enim verbis & pondus, & omen abesto,
Mox piperis nigri sordida vestis ero:
Non tamen idcirco tibi displicitura putabo,
Munera præsentis officiosa libri.
At sunt fatidici Vatis præsagia vera,
Vt per plura meam secula carmen eat.
Ergo una mecum memori celebraberis ævo,
Et tibi scripta vetus per mea nomen erit.

V.

Quidquid agã, Frater, seu quo me vertere ten-
Seu nihil, ut soleo, desidiosus agam, (tem,
Ante oculos tua mi assiduè observatur imago,
Unaq; tristitiam gignit amara meam.
Angor enim, quod te cupiam vivente moriri,
Vivere sed sospes te moriente velim.
Quis dicat, quod te vulgari amplectar amore?
Hac face rara Deus tangere corda solet.

Non

VI.

Non quæcunq; truces adhibent tormenta Ty-
Sufficiant vestris, Frater iniq;, dolis. (ranni
Ensis, fustis, acus, candentis lamina ferri,
Crux, testis, furcæ, pix, rota, robur, equus.

VII.

Ut raucam tussim, siccamq; rosaceus humor,
Et grave spirandi solet asthma levare: probros
Sic contra Fratris faux in Cruce stricta funestâ,
Ut vox intercepta est, spirandiq; facultas,
Latrantes corvos furtiva ad pabula pascit.

VIII.

Fibrosum cerebrum vernante refrigerat aura
Flos veneris, bili nec sinit esse locum.
Languorem infringit capitis, viniq; Vaporem,
Morbus abit, bibulo sobrietasq; redit.
Quid Rosei Frates? fumis volitantibus implent
Mortales animos, efficiuntq; brevi
Ex sanis ebrios: faciunt stultescere secum,
Qui credunt illis, quos stupor urget iners.

IX.

Ecce Rosam, insideant cui rostro insecta nocivo,
Papilio, bruchus, vespa, locusta, culex,
Trox, cossus, fullo, scaraveus, aranea, asellus,
Curculio, volvox, crabro, pyrausta, cimex,
Lumbrici, muscæ, termes, scolopendra, bupresti:
Cuncta venenosis hìc aconita latent.

X.

O una ante alias omnes venerabilis arbor,
Quæ Roseo Domini tincta bruore mades.

O unà

O una ante alias omnes maledicta caterva,
Quæ se de Roseâ hac nominat atra Cruce.

XI.

Cuncta docere Crucis Roscæ vult Frater, & ipse.
Nil scit. Quod res est, mentis eget fatuus.

XII.

Quod tua sint, Frater non falsũ est, aurea scribta:
Purgari solo nempe quod igne queunt.

XIII.

Frater, quantum in te est, aliònos ducere tentas:
Galenum spernis, sternis Aristotelem.
Ah pereas prius, & sævo te fulmine tactum
Trudat in obscuras Iuppiter ipse domos.

XIV.

Quisquis Galeno non credit certa docenti,
Sed Rosei Fratris quærit, amatq; strophas,
Adhæc per canones Theophrasti cu Paragrano,
Se fieri verum posse putat Medicum:
Per Syrtes, per saxa, per antra, per arma, per ig-
Tendit ad infernas nõ revocandus aquas. (nes

XV.

Frater, qui frauges speret se æquare canendo
Posse tuas, idem pulsantes littora fluctus,
Et Libycas numero cõprehendere tentet arenas.

XVI.

Quisnã, ô Frater iners, vestrã admittetur in aulã
Qui nulla ingreditur macula suffusus, amatq;
Ex animo rectũ? Non. Sed cui subdola lingua est,
Incautum verbis sine nomine fallere vulgus,
Quem mutare fidem toties jactura coëgit,

Dum

Dum ex auro vero non aurum fecit adulter.

XVII.

Ne sterne quæso consilî quod do tibi,
Quodq; mihi, nec serò capio.
Tu maximè cui flore nunc primo rudes
Juventa vestivit genas,
A veritate scurrisa vocantibus
Occludito aures, & fuge:
Canora monstra ut auribus cerâ oblitis
Laërtis effugit puer.

XIIX.

Ulterius pergam turpissima facta notare
Fratris, quo peius nil gravis orbis habet?
Nil minus: At taceo. Satis hunc dixisse putandum est,
Se quicunq; satis dicere posse negat.

XIX.

Claudite jam rivos: sat dixi. Vosq; Valete
Æternum ô animæ sceleratæ, incoctaq; fraude
Pectora, & ignavo citò pervia corda timori.
Tempus erit, pœnam quo solvas Frater acerbam,
Dum vel præbebis peregrino gutture ferro,
Vel tibi sponte tua conscisces vulnere lethum,
Unguibus aut rostro tardus trahet ilia vultur,
Nudave direptâ sudabunt viscera pelle.
Elige nunc mortis genus, ô Cyclopica proles.
Nam tibi pernities spatiis brevioribus instat,
Teq; vocat dudum monstrosi portitor Orci.

FINIS.